



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 52. Decreta Synodi Diœcesanæ Leodisnsis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

§. LI.

*Octavii Belmusti Cardinalis mors.*Sæc. XVII.
A. C. 1618.

Postremus inter Purpuratos hoc anno defunctus erat Octavius Belmustus patria Genuensis, qui a Gregorio XIV. Aleriacensis Episcopus creatus, decimo septimo post anno hujus Ecclesiæ regimine ultro abibat, postea gravissimis Aulæ Romanæ negotiis præfectus, Provinciæ Romandiolæ Vice-Legationem gessit. Inde vero reversus sacræ consultæ præficiēbatur, tandem sub Paulo V. ob eximias virtutes & ampla merita ad Cardinalium dignitatem effectus, intempestiva lege fati paulo post Romæ die decima sexta Novembris e vivis ereptus est, in Ecclesia tituli sui ad S. Carolum ad Catinarios sepultus.

Ughell. Ital. Sacr.
Ciacon. in vita Paul. V.

§. LII.

Decreta Synodi Diœcesanæ Leodienfis.

Hoc item anno Ferdinandus Bavarix *Shanat Con-*
Dux atque Archiepiscopus & Ele- *cil. Germ. t.*
ctor Colonienfis, Leodii, cujus Eccle- *4. p. 286.*
siæ simul etiam Episcopus erat, Syno-
dum Diœcesanam die vigesima quarta
Aprilis celebrabat, cujus decreta ad se-
quentes quatuordecim articulos revo-

N 2

cata

Sæc. XVII. A. C. 1618. cata fuere I. de fidei professione, eamque concernentibus, quam etiam ab omnibus Monasteriorum Lectoribus necnon ab alienigenis, priusquam ad habitandum in præfata Diæcesi admittantur, emitti præcepit Synodus II. de Archidiaconis, quos obstringit Synodus, ut Pastores, antequam ad Ecclesiæ suæ possessionem admittantur, ad iuramentum compellant, quod in adptione sui beneficii nullam Simoniam commiserint. III. De Decanis ruralibus IV. de Pastoribus, quibus præcipitur, ut diebus festis & Dominicis Catechesin pro pueris & rudioribus per horam unam habeant, nec permittant, ut pauperes in Ecclesiis mendicent. V. De Judicibus Apostolicis. VI. De vita & honestate Clericorum, quos, ni habitum & tonsuram clericalem deferant, privilegio fori privatos, declarat Synodus, prohibetque, ne Procuratoris vel Notarii munere in tribunali jurisdictionis contentiosæ fungantur. VII. De regularibus & Monialibus, circa quas damnat consuetudinem, qua in quibusdam Monasteriis certa pecunia singulis Religiosis pro vestimentis assignatur, aut pecuniam penes se ullam retinendi facultas conceditur. VIII. De Sacramento Ordinis IX. De Matrimonio, ad quod eos admitti prohibet

bet Synodus, qui orationem Domini-
 cam, Salutationem Angelicam, & Sym- Sæc. XVII.
A. C. 1618.
 bolum Apostolorum ignorant, aut con-
 firmati nondum fuere, vel si contrahen-
 tium alteruter hæresi infectus est, nisi
 prius hæresin ejuraverit. X. De locis
 Sacris & Officiis Divinis. XI. De fe-
 stis & Jejniis, ubi inter festa inviola-
 biliter servanda numerantur etiam fe-
 ria secunda & tertia post Pascha & Pen-
 tecosten, Conversio S. Pauli, Inventio
 S. Crucis, Annuntiatio, Visitatio, Af-
 sumptio, Nativitas & Conceptio B. V.
 necnon festum SS. Innocentium: festa
 autem feriæ quartæ post Pascha & Pen-
 tecosten, necnon S. Annæ & S. Catha-
 rinæ devotioni populi relinquuntur.
 Hortatur etiam Synodus, ut abstinen-
 tia a carnibus & lacticiniis tempore Je-
 junii verni quinque *Pater & Ave* quovis
 die recitandis compensetur. XII. De
 Provisione Ecclesiarum Parochialium,
 & Examinatoribus Synodalibus. XIII.
 De Visitationibus, quas ab Ordinum
 Exemptorum Superioribus, etsi in eo-
 rum monasteriis Regularis vigeat ob-
 servantia, quotannis fieri præcipit.
 Denique XIV. mandat Synodus, ut De-
 cani & Pastores sibi intra bimestre de
 hisce Decretis provideant.